

- 68 Pacta reprobanda arguere simulationem, & quod idem sit de in solus.
- 69 Usurarius præsumitur contractus, si cum pacto de reuendendo adiectum sit ab emptore, ut nisi usque ad certum tempus, non dissolueretur. Quia tamen præsumptio aliarum indiget adminiculo. numero 70.
- 70 Excepta reditio censuum, & reddituum annuorum, ubi sola sufficeret. num. 71.
- 71 Usurarius arguitur contractus, si cum pacto de reuendendo adiectum sit, ut usque ad certum tempus possit venditor redimere. Et quid pacto, ut post certum tempus liceat venditori, si velit redimere. num. 73.
- 72 Fundum tradente venditore cum pacto, ut ei locetur in perpetuum, & quod usque ad decennium, vel in perpetuum possit redimere, simulatio præsumitur.
- 73 Ementes rem cum pacto de reuendendo, cur impensas, & melioramenta in re faciant.
- 74 Pactum de reuendendo fieri ad certum tempus, melius esse quàm perpetuo.
- 75 Simulatio contractus præsumitur, si pactum inter contrahentes sit, ut quandoquæque pretium venditor restituat, rem reddat emptor.
- 76 Restitutio, magis ad mutuum, quam ad venditionem accedit.
- 77 Pacta claudicantia, veluti omnia ad suorum emptoris adiecta, contractum simulatum arguunt, & feneratorium. Eam tamen coniecturam solam non sufficere. n. 80.
- 81 Venditore asserente se centum aureis indigere, quos si emptor numeret se venditurum fundum cum pacto de reuendendo, eligendum ex multis ab emptore, simulationis est præsumptio. Idem si emptor verum pretium numerat, vellet, venditor autem leuem summam tantum petat. n. 82.
- 82 Pretio iusto vendere velle, immo pluris potius quam minoris, quis præsumitur.
- 83 Pretii tenuitas contractum arguit simulatum, & usurarium.
- 84 Emptore rem emptam videre non curante, sed simpliciter recedente nomine luelli, vel locationis ipsi venditori, simulationis est præsumptio. Quia tamen sola non sufficeret ad detectionem. n. 86.
- 85 Emptor verisimiliter emere non præsumitur, qui similia prædia vendit. Quia tamen præsumptio leuis est, nisi alia concurrant. numero 89.
- 86 Contrarij agere incontinenti nemo præsumitur.
- 87 Venditio clam, & occulte facta cum pacto redimendi, & concessione locationis, aut luelli præsumitur simulata, & feneratoria. Nisi iusta de causa id fiat. num. 93.
- 91 Actio non cessio clam facta præsumitur simulata.
- 92 Donatio facta clam ab eo, qui post deliquit, in fraudem fisci facta præsumitur.
- 93 Instrumentum diu occultatum, præsumi simulatum.
- 94 Loci qualitas contractum simulatum nonnunquam arguit. Non tamen sola hæc præsumptio sufficit ad detegendum contractum usurarium. n. 97. Et quando cesset illa præsumptio. n. 98. 99.
- 95 Actum id præsumitur in dubio, quod eo loci fieri consuevit.
- 100 Feneratorius contractus præsumitur, cum pacto de reuendendo factus, ab eo, qui consuevit contractus similes facere. Debere tamen concurrere alias coniecturas. n. 104.
- 101 Facti qualitas secundum qualitatem persone facientis interpretatur, & præsumitur.
- 102 Bonum à bono, malum à malo factum præsumitur.
- 103 Malus semel in eodem genere mali semper præsumitur talis.
- 104 Contractus factus ab usurario facile præsumitur usurarius.

- alijs coniecturis accedentibus. Ad detegendum tamen simulationem solum non sufficere, neque & cum pacto de reuendendo. n. 108.
- 107 Rem feneratoriam, sicut & futuam, emere non est permissum.
- 109 Simulationis, & feneratoris suspicio, in probo viro cessat.
- 110 Venditore in possessione rei venditæ permanente, simulationis est præsumptio. Eamque iuris esse secundum Io. And. num. 111.
- 112 Venditio modico tempore durans, simulata præsumitur, & usuraria, si tamen iuxta expressè actum sit, ut modico tempore duret. n. 114.
- 113 Venditiones fieri solent, ut res perpetuo sit penes emptorem.
- 114 Usurarij contractus præsumptionem facit, modus ab emptoris aut venditionis contractu, recedendi.
- 115 Infolita suspensionem arguunt.
- 117 Feneratorij contractus præsumptiones, quomodo purgentur.

P R A E S U M P T. CXXII.

Postquam de præsumptionibus, & coniecturis, quæ versantur circa contractum pignoris, & hypothecæ, differere cepimus, visum est ad rem pertinere, si nunc explicemus, an & quando pignoris, & hypothecæ contractus simulatus, & usurarius, vel verus emptio, & venditionis præsumatur? Quam disputationem valde vtilem, & in foro frequentissimam, ut dilucide absoluam, præmittenda sunt prius aliqua, illud primum, simulationem in contractu considerari quatuor modis. Sicuti post Bart. in consil. 65. Petrus Nicola. lib. 1. tradit Affl. in c. 1. in princ. n. 11. de feudo dato in vicem legis commissi, inter quos primus est, qui ad rem nostram pertinet, quando, si in veritate agit, ut vnus contractus, hoc est pignus, celebretur, & tamen alius nempe emptio, & venditionis simulatur celebrari. De hac simulatione nunc dicemus, de alijs vero in subsequentijs præsumptionibus. Præmitto secundò, contractum sui naturæ non præsumi simulatum, & usurarium, sicuti scripserunt Bart. in d. consil. 65. colum. 2. vers. sed ad hoc. lib. 1. Bal. in l. rogasti. §. si tibi. in fin. ff. si certum pet. vbi Dec. num. 6. & alij multi, quos congeffi in consil. 109. nu. 3. lib. 2. & in consil. 343. n. 1. lib. 4. Et ratio huius sententiæ illa est, quia contractus usurarius lege diuina, & humana damnatur, & ob id, qui sic contrahit, peccat, & delinquit, quod sanè delictum non præsumitur. I. merito. ff. pro socio. Et tanto magis hoc locum habet, quando publice confessum fuit instrumentum, quod præsumptionem veritatis habere dicitur, ut respondit in consil. 343. n. 2.

Porro tertio quando aliqua extat præsumptio, & coniectura, & agitur de solo animæ periculo, contractus præsumitur potius usurarius, quàm iustus. Ita intelligo Gem. in consil. 16. col. 3. vers. præterea, & in consil. 112. in fine, & alios, quos commemoravi in consil. 109. num. 24. lib. 2. Et illis accedit Natta in consil. 198. num. 2. lib. 1. Ita pariter quando extant coniecturæ, & præsumptiones, iudicatur contractus simulatus, & usurarius ad commodum, & vtilitatem læsi, atque decepti, sicuti scripsi in d. consil. 109. num. 7. & in d. consil. 343. nu. 19. & accedit Crauer. in consil. 491. nu. 8. ver. memoratis. lib. 3. Verùm ambigitur quales esse debeant hæc præsumptiones, & coniecturæ? Aliqui scripserunt, esse oportere vigentes. Ita Castre. in consil. 74. In causa fidei contra dom. Dorotheam. lib. 2. Capolla in Trac. de simulatione contractuum, nu. 99. vers. si verò probari non possit. & Iason in l. si quis exat gentarijs. §. Prætor ait. n. 26. ff. de eden. Aliqui verò opinati sunt, sufficere etiam leues, si sibi parum constantis respondit idem Castre. in consil. 109. Vnde petitione. col. 2. in princ. lib. 2. & idem censuit Natta in consil. 198. n. 16. lib. 1. Alij verò quos sequor, hoc iudicis arbitrio tribuunt.

buunt. Ita post alios scripsi in lib. 2. de arbitr. iudic. casu 247. & in specie responderunt Decia. in consil. 2. num. 2. lib. 1. & Hier. Gabr. in consil. 74. nu. 5. lib. 1.

Præmitto tertio, vnã solam præsumptionem, & coniecturam ad detegendum, & contractum usurarium, & feneratorium non sufficere, sed duæ, secundum aliquos, vel tres ex aliorum opinione necessariz sunt. Alij verò dixerunt, esse hoc iudicis arbitrium. Ita tradunt Capolla in d. Trac. de simulatione contractuum, nu. 108. in 5. conclus. in nona, & 10. Did. in lib. 2. variar. resol. ca. 8. nu. 4. vers. ceterum ad sedandam, & Hier. Gabr. in d. consil. 74. num. 5. Et nos de singulis præsumptionibus, & coniecturis infra differentes, non semel suis locis admo- nebimus.

Præmitto quarto, esse etiam iudicis arbitrium, æstimare, quod pretium dicatur esse paruum, & modicum in venditione, vel in locatione, ad arguendum, & detegendum contractum simulatum, & usurarium. Ita tradit Capolla in d. Trac. de simulatione contractuum, num. 111. vers. 6. & vlt. opinio, & n. 12. Et ibid. num. 113. scribit, iudicem arbitrari debere, secundum qualitatem personarum, rei, causæ, & contractus. Nam arbitrari poterit aliquando sufficere læsionem in tertia parte iusti valoris, aliquando in dimidia, aliquando citra dimidiã, aliquando etiam vltra dimidiã. Quæ singularim explicat ipse Cepo. quem secutus sum in lib. 2. de arbitr. iud. casu 217. in fin. Et nunc accedit Bald. in consil. 311. In questione Galuagini in fine lib. 5. qui totum tribuit iudicis arbitrio, respectu qualitatis personarum & rei. Illud verò obseruandum est, quod res, quæ venditur cum pacto de reuendendo, minoris est valoris, & pretij, quam illa, quæ liberè venditur, cum nemo sit, qui non cupiat habere, potius rem irrevocabiliter suam, quàm reuocabiliter. Ita Abb. Butr. & reliqui, in cap. ad nostram, de empt. & vend. & alios commemorant, ac sequuntur Rolan. in consil. 58. num. 11. lib. 4. & Decia. in consil. 2. num. 169. lib. 1.

His præmissis, differamus nunc de singulis præsumptionibus.

Prima itaque præsumptio, & coniectura contractus feneratorij, & usurarij est, quæ secundum aliquos sumitur ex pacto de reuendendo. Nam non est emptio, & venditio, sed pignus ex illo contrahi præsumitur. Ita Bart. in l. creditor. §. vlt. ff. qui pot. in pign. habe. & Bald. in l. creditoris. in fin. C. de pign. Ceterum à Bar. & Bald. dissentient alij, maxime Ang. in l. ad officium. in fi. C. com. diuid. qui contractum dixerunt, pactum. si de reuendendo esse iustum, & lege diuina, & humana permissum, & propterea ex eo argui non posse contractum esse usurarium. Rectius Bart. Capolla in Trac. de simul. contractuum, col. 6. vers. lego Bartholomæus, distinguit per multos casus, quos commemorabimus, & aliqua non contemnenda adiungemus.

Primum itaque est casus, quando tempore contractus emptio, & venditionis, actum non fuit expressè, nec tacite de reuendendo re vendita, sed deinde ex intervallo promittit venditor reuendere. Hoc in casu permixta est pactio hæc, & propterea ex ea argui non potest contractus feneratorius. Ita Capolla. in d. Trac. de simul. contractuum, n. 4. ver. 1. casu, & alios retuli in li. 2. de arbitr. iud. casu 13. n. 3. vbi declaravi, nisi coniecturæ aliæ contrariæ extant. Est ratio, quia nullus exitit contrahentium animus sic paciscendi ab initio, & fuit in libera potestate emptoris, contractum ipso iam perfecit, non promittere reuendere. Et propterea fuit eius liberalitas sic paci sci. Et ea quæ fiunt ex intervallo, non possunt adduci ad probandum simulationem. Ita Bal. & Angel. in l. si quis cum aliter de verb. obl. & in specie magis Affl. in ca. 1. in princ. n. 6. de feudo dato in vicem legis commissi. Estque pactum ipsum de reuendendo sui naturæ permissum, & le-

humana, l. 2. C. de pac. inter emp. & vend. imo & diuina, vt Leuit. c. 25. & scribunt egregie Albe. in d. l. 2. Capolla in Trac. de simul. contractuum, n. 53. Tiraq. de retr. conuentional. in procem. n. 2. Natt. consil. 189. nu. 2. lib. 2. Did. in lib. 3. variar. resol. c. 8. nu. 4. & non bene eruditus Io. Baptista. Lup. in comment. ad d. l. 2. C. de pac. inter emp. & vend. in 2. par. in procem. nu. 25. Decia. in consil. 2. n. 134. lib. 1. & Ofasc. in decif. 42. nu. 10.

Extenditur primò hic casus, vt locum habeat etiam, quando in illo contractu emptio, & venditionis interuenisset, & læsio aliqua, vt quia iusto pretio res vendita non fuisset. Nam ad huc pactum de reuendendo subsecutum ex intervallo, nõ arguit contractum ipsum usurarium. Ita Cepolla. præcitato in loco. nu. 4. in fi. & nu. 5. quem secuti sunt Alexand. in consil. 28. col. 2. vers. sic, & quamuis, lib. 3. Rip. in l. nemo potest, nu. 73. de leg. 1. & alios refert Cagn. in l. 2. n. 6. & num. 130. C. de pact. inter emp. & vend. Huic enim læso redditur tantummodo actio, qua rescindere possit ipsum contractum, iuxta l. 2. C. de rescin. vend. & cum diecti, & cum caulam, de emptio. & vendit. ita docuit Capolla. præcit. in loco. Et idem prius respondit Bal. in consil. 205. Iacob. li. 1. Et Cepolla. num. 7. addit differentiam esse inter contractum usurarium, & contractum illicitum, non tamè feneratorium. Nam quando est usurarius, rescinditur, & fructus percepti restituuntur, seu cum ipsa sorte compensantur, ca. ad nostram, de empt. & vend. c. illo vos, de pign. Quæ verò est solummodo illicitus, fructus non restituuntur, sed contractus tantum rescinditur, restituito pretio, vel iustum ipsum pretium, firmo manente contractu, suppletur. l. 2. C. de rescin. vend. vbi Iatiffimo scribentes omnes explicant, quæ paucis præcitato in loco traduntur. Ceterum ab Alex. Capolla. & alijs prædicatis dissentient Castre. in consil. 109. col. 2. vers. est etiam, lib. 2. & alij relati à Ioan. Bapt. Lupo in d. l. 2. C. de pact. inter emp. & vend. par. 2. §. 1. num. 34. Crediderim primam illam opinionem veriorẽ esse, nisi aliqua coniectura concurrat, vt si emptor solitus est feneratori. Ita Alex. seu alter quis, inter eius responsa, in consil. 19. col. 2. vers. posset ergo, lib. 4. Tiraq. de retrac. conuent. in pref. n. 9. & Crauer. in consil. 156. n. 18. & dicam infra in 2. coniectura. Idem quando clam, & secretè confectum fuisset instrumentum illud pacti de reuendendo, vt admittit Lupus præcitato in loco, n. 35. ex his præsertim, quæ tradit Capolla. in d. Trac. de simulat. contractuum, in 19. præsump. & nos infra exponemus.

Secundus est casus, quando pactum reuenditionis fuit appositum in ipsomet contractu emptio, & venditionis, vel incontinenti post, sed tamen nulla fraus, dolus, læsio, & deceptio intercessit in ipso contractu, vel in ipso pacto. Hoc etiam casu contractus iste dici non potest usurarius. Ita Capolla. in d. Trac. de simul. contractuum, n. 8. vers. 2. casu. Nam cum hoc pactum reuendendi sit sui naturæ licitum, iure. s. diuino, & humano permissum, sicuti supra demonstrauimus, & probat Capolla. vbi supr. nu. 53. nil refert, quod adijciatur ipsimet contractui, vel quod ex intervallo apponatur.

Nec refert, quod pactum hoc collatum sit in voluntatem venditoris, vel emptoris, quemadmodum admittit Did. in d. l. 3. variar. resol. c. 9. in princ. & Lup. in d. l. 2. in præf. 2. par. num. 25. & idem sensit Capolla. de simulat. contractuum in 10. & 11. præsum. Et propterea siue pactum hoc collatum sit in voluntatem emptoris, siue venditoris, semper emptor facit fructus suos. Quæ in facultate venditoris redimere, dubium non est, quin emptor faciat suos fructus interim perceptos. Ita Abb. in ca. ad nostram, nu. 8. de empt. & vend. & alij commemorati à Didac. Coua. præcitat. in locis. Quando verò pactum reuendendi est positum in voluntate, & arbitrio emptoris, maius est dubium, an ipse emptor faciat hos fructus suos? Recepta Tom. Primus. Hh 4 magis



magis opinio est, teste Ioan. Coraf. in lib. 3. Miscell. c. 9. emptorem non lucrari hos fructus. Et hanc secuti sunt alij relati a Lupo præcit. in loco, n. 26. Dissentiunt tamẽ gl. Card. & Imol. in d. c. illo vos, de pign. quos probavit Did. & Lup. vbi supra. Et rectius hos sensisse existimo. Rursus nulla est hoc in casu differentia, quod hoc pactum reuendendi sit perpetuum, vel ad tempus, cum semper sit iure humano ac etiam diuino permissum, ita tradit Cæpol. in d. trac. de simul. contra. nu. 53.

Tertius est casus, quando in ipso contractu interuenit fraus, vel dolus, vel simulatio verè, vel fictè, vel tacite, vel præsumptiue. Et ad est et deceptio, siue læsio in vditione, vel locatione, vel pacto de reuendendo. Hoc in casu sine controversia f contractus iste d. feneratoricius. Ita Cæpol. in d. tractatu de simulatio. contractuum, nu. 12.

27 vers. 3. casu principali. Verè autem dolus, f vel fraus, vel simulatio (inquit Cæpolla) dicitur interuenisse, qñ actum fuisset inter partes, quod licet instrumentum loqueretur de venditione, nihilominus intelligeretur esse pignus.

28 Fictè f vero (ait Cæpol. qui supra) d. interuenisse dolus, vel fraus, aut simulatio, quando lex, vel statutum ita fingit. Si quis fecerit talem contractum, fingatur vsurarius vel simulatus. Et inquit ad rem facere gl. l. vnica. §. accedit. C. de rei vxor. actio. & in l. non est verisimile. ff. quod met. cau. & in c. is qui fidem, de spons. x

Ceterum difficile est tueri, quod statutum ita possit disponere, quod fictio præsupponat veritatem esse in contractum, sicuti gl. sic. §. accedat, manifeste dicit. Dici forte potest Cæpollam sensisse, quod fictio hæc sumatur pro præsumptione iuris, & de iure, quæ à pari procedit cum fictione, quoad hoc, vt nõ admittatur probatio in contrarium, quemadmodum habetur in dic. cap. is qui

29 fidem, allegato a Cæpolla Tacite f dolus, vel simulatio dicitur interuenisse, quando tacite actum est inter contractantes, quod licet instrumentum fieret de venditione, tñ in veritate esset pignus, vel contra. Præsumptiue f dolus, vel simulatio interuenisse d. in contractu, quando non constat, quid actum sit expresse, tacite, vel fictè, sed coniecturis, & præsumptionibus fraus, dolus, vel simulatio detegitur. Quas quidem præsumptiones, & coniecturas enumerabimus infra à secunda vsque ad finem.

Quartus est casus, quando in ipso contractu vditionis, locationis & pacto de reuendendo interuenit fraus, dolus, & simulatio, sed tamen nulla commissæ est deceptio, & læsio in pretio vditionis, locationis, & pacto de reuendendo. Hoc in casu si ex parte vtriusq. interuenit dolus, vel simulatio, contractus dici debet simulatus, & feneratoricius, ita Cæpoll. in d. trac. de simulat. contractuum, nu. 90, vers. 4. vero casu, & propterea rescindi posse, & debere tam in foro Ciuili, & Canonico, quam in foro conscientie. Si vero (inquit Cæpol. dic. num. 90. vers. sed si fraus,) dolus, & fraus interuenit ex parte vnus contractuentium tantummodo, subdistinguit Cæpol. multos casus, quos hic repetere superfedeo.

Quintus est casus, quando dubitatur, an in dictis contractibus interuenierit dolus, fraus, vel simulatio, sed tamen in damnum venditoris interuenit læsio in tribus, f hoc est, venditione, conductione, & pacto de reuendendo. Hoc in casu scriptum reliquit Cæpol. in d. trac. de simulatione contractuum, n. 93, vers. 5. verò casu, sine conuentione contractum esse illicitum, & præsumi simulatum, ac et vsurarium, ex quo hæc læsio concurrat cū pacto de reuendendo, iuxta c. ad nostram, de empt. & vend. & c. illo vos, de pign. & dicemus infra.

Sextus est casus, quando ambitur, an in dictis contractibus interuenierit dolus, fraus, vel simulatio, sed ad venditoris detrimentum interuenit læsio in f duobus contractibus tantum, hoc est, in venditione, & conductione, vel in venditione, & pacto de reuendendo. Hoc in casu Cæpolla in præcitato loco num. 93. vers. secundo

casu, quando, & c. subdistinguit multos casus, quos nunc non refero.

Septimus est casus, quando dubitatur, an in dictis contractibus interuenierit dolus, fraus, vel simulatio, sed tamen ad venditoris detrimentum interuenit læsio in vno tantum, hoc est, aut in vditione, aut in locatione, aut in pacto de reuendendo, & læsio est minus dimidia iusti pretij. Hoc in casu Cæpol. in dic. trac. de simulatione contractuum, num. 98. vers. 6. casu principali, scriptum contractum non dici illicitum, nec præsumi feneratoricium, tam in foro Pontificio, quam Cæsaræo, cū vtroque iure permissum sit contractibus le iniucem decipere.

Octauus est casus, quando prædicta læsio est prope dimidiam iusti pretij. Et tunc quo ad præsumendum contractum vsurarium, idem (inquit Cæpol.) dicendum est, quod dicemus infra de læsione vltra, vel citra dimidiam, quo verò, vt contractus dicatur illicitus, & ob id rescindendus iuxta l. 2. Cod. de rescind. vend. dicendum est, non cenferi illicitum.

Nonus casus, quando læsio est f vltra, vel citra dimidiam iusti pretij, sed nullum adest pactum de reuendendo, atque ita vnum tantum adest, nempe læsio, nec emptor solitus est feneratori, nec etiam aliqua adest alia mala præsumptio. Hoc casu contractus non præsumitur feneratoricius, & simulatus. Ita Cæpol. præcitatum in loco num. 99. post Cyn. & Iacob. de Atena in l. emptione, qu. 3. C. plus valere quod agit. & c. Idem scripserunt Gozad. in l. 2. num. 192. C. de pact. inter empt. & vendit. & Hier. Gabr. in consil. 74. num. 9. in fin. & num. 10. lib. 1. Et ij adducti sunt text. l. interpositas, C. de transact. vbi Ang. & l. dolus, C. de rescind. vend.

Decimus est casus, quando tria interueniunt, nempe læsio in vno ex contractibus vltra dimidiam iusti pretij, pactum de reuendendo, & quod emptor sit solitus feneratori. Hoc in casu receptissima est sententia Legislarum, Canonistarum, & Theologorum, contractum præsumi simulatum, & vsurarium. Ita Baldus in consil. 311. In questione Gáluagini col. 1. ver. quinto reuertor. l. b. 5. Cæpol. in d. trac. de simulatione contractuum, n. 107. vers. tñ tamen in hac q. & num. 108. vers. secunda conclusio, qui testatur hæc esse communem, & in foro sic seruari. Hanc quoque secuti sunt Cynus, Castr. Saly. & alij per multi, quos commemorat, & sequitur Didac. li. 3. var. resol. c. 8. num. 4. ver. num hæc tria, & alios referam in subsequenti casu. Et sententiam hanc probat d. cap. ad nostram, de empt. & vend. & d. cap. illo vos, de pign. quæ explicat Cæpol. & nos infra attingemus. Est tñ obseruandum, quod læsio considerari debet habita tñe etiam in pacto de reuendendo, cum certum sit, rem esse minoris valoris, cum adiectum est pactum ipsum de reuendendo, sicuti auctoritate multorum responderunt Rol. in consil. 58. n. 1. lib. 4. & Decia. in consil. 2. n. 169. lib. 1. & diximus supra in tertio præmissio.

Vndecimus est casus, quando concurrunt duo, hoc est, læsio in f vno tantum contractu vltra dimidiam iusti pretij, & pactum de reuendendo. Hoc in casu variæ sunt Doctorum opiniones. Prima fuit eorum, qui scripserunt, his duobus tantum concurrentibus præsumi contractum feneratoricium. Ita gloss. in cap. conuestus, de vsuris, vbi Abb. & Ioan. de Anania, idem Abbas in cap. ad nostram, num. 4. de emptione, & venditione. & ibidem prius Ioan. Andree, & Butrius, quos secutus est etiam ibi idem Abbas in consil. 76. lib. 1. Archidiacon. in cap. pleriq. 14. quest. 3. Alberic. in l. emptione, C. plus valere quod agit. Imola in cap. illo vos, num. 15. de pignor. Castr. in consil. 109. Vltima petitione prædicta, col. 1. & in consil. 143. Vifo processu, & attestatiomb. n. 2. lib. 2. Ambr. de Vign. in c. Lubriter, n. 11. de vsur. Guid. Pap. in col. 180. Alex. in col. 54. n. 1. lib. 6. Affl. in dec. 339. & in cap. 1.

c. 1. in princ. num. 16. & num. 44. de feudo dato in vicè legis commissior. Ruin. in consil. 16. num. 1. lib. 4. Ferrarius in cautela 17. qui testatur hæc esse magis cõem, & feruari in iudicando. Idem affirmarunt Cassador. in decis. 1. tit. de vsuris, Paris. in consil. 54. num. 62. & in consil. 55. num. 29. lib. 1. Bertrandus in consil. 87. lib. 2. parte 1. Iacobin. in l. si quis nec causam, §. 1. ff. si certum pet. Chassanæus in commentarijs ad consuet. Burgundia, rubric. 5. num. 12. Capra in reg. 87. & 173. Gramm. in decis. 76. num. 30. Crau. in consil. 156. num. 4. & num. 7. qui affirmat Senatam Taurinensem ita indicare consueuisse. Idem Cranet. in consil. 491. num. 10. lib. 3. Eandem secuti sunt Natta in consil. 198. num. 8. lib. 1. & in additio. ad Alex. in consil. 54. lib. 6. Crassus in communibus opinionibus, lib. 1. cap. 3. num. 8. Viuius in communib. opinionibus, in verbo, vendere, & in verbo, contractus. Emanuel Soarez, in thesauro receptorum sententiarum, in verbo, contractus, num. 20. Ioan. Baptista Lupus in l. 2. in secunda parte, num. 29. vers. tu autem. C. de pactis inter empt. & vend. Hieron. Gabriel. in consil. 74. num. 3. lib. 1. Et testatur Cæpol. in trac. de simulatione contractuum, num. 100. hæc opinio in consilio probasse collegium Mediolanen. & Papien. viso consil. Ioan. de Castello Episcopi Vicentini. Scripsit etiam Cæpolla sic respondisse Signorol. in consil. incipiente: Certo tempore Ioan. de Homodis. & illi subscripserit Ful. Plumbinus, Vicomercatus, Prodocimus de Comitibus Franc. Capillitius, Henricus Alamus, Alexander, & Benedictus de Doctoribus. Affirmat quoque Cæpolla sic bis consuluisse Antonium Rosellum. Eandem visus est probare Mascard. in conclus. 441. num. 2. His constat receptissimam esse hanc sententiam, quod scilicet hæc duæ præsumptiones sufficiant. Et ij adducti sunt præcipue text. ead. nostram, de empt. & vend. & c. illo vos, de pignor. de quorum sensu, & intellectu dicemus statim. Et hanc quidem opinionem intelligit Castr. in d. consil. 143. nu. 2. procedere et quando solis indicij, & coniecturis probatur pactum ipsum de reuendendo, quod illis probari posse consuevit Castr. cum clam fieri soleant. & idem respondit Imola in consil. 92. & secutus est Vinc. Franc. in decis. 106. num. 12. in 1. par. qui in fin. & in nouis. additionibus ad dec. illam testatur sic pluries indicasse consilium Neapolitanum.

Secunda fuit opinio eorum, qui dixerunt, qd f imò hæc duo, læsio scilicet pretij, & pactum de reuendendo non sufficiunt ad arguendum contractum vsurarium. Ita sane Iacobus de Arena, & Cynus in l. emptione, quest. 4. C. plus vale. lo. Andr. in c. illo vos, de pign. & ibidem Zabarrella, sic & Anchar. in c. ad nostram, de empt. & vend. Laurentius Rodolphus in trac. de vsuris, qui affirmat, sic et scripsisse Laurentium de Pinu, & Castr. in consil. 74. In causa mora per Dom. Dorotheam. in lib. 2. & prædictos retulit, ac secutus est Cæpolla in trac. de simulatione contractuum, n. 101. qui dixit, se semper hæc opinionem probasse consulendo, & quòd si casus eueniret, sic consuleret, & iudicaret. & idem eod. in trac. num. 18. & 19. Et prædictis accedunt Arch. in c. quia pleriquæ. 14. q. 2. Bald. in ca. 1. de feudo dato iniucem legis commissio. Alex. in consil. 109. col. vlt. lib. 4. Corn. in consil. 4. lib. 1. Soc. sen. in consil. 248. lib. 2. Ruin. in consil. 16. num. 10. & 12. lib. 4. Decius in consil. 167. num. 5. & in consil. 662. nu. 3. & 4. Antonius Burgos in d. c. ad nostram, nu. 24. Boerius q. 102. num. 5. qui testatur se ita iudicasse, & consuluisse, sicuti verè consuluit in consil. 31. Socinus in consil. 50. num. 3. lib. 1. & esse magis communem asseruit Tiracuell. in trac. de retractu conuentionali. in præfatione, num. 5. sic & Corafius lib. 3. miscella. cap. 9. Cagnolus in l. 2. num. 5. C. de pactis inter empt. & venditor. & ibidem Gozadinus num. 30. vers. 2. q. 2. Ita quoq. Olsalcius in decis. 42. col. vlt. Rolad. Valle in consil. 58. num.

10. lib. 4. qui alios nonnullos refert. Sic & Decianus in consil. 2. num. 176. & 177. lib. 1. Burfat. consil. 117. num. 13. lib. 1. Franc. Beccius in consil. 52. num. 7. & Rimin. Lun. in consil. 218. num. 13. lib. 2. Et hæc visus sum sequi in lib. 2. de arbitr. iudic. Casu 217. Et ex prædictis Cæpolla in d. trac. de simulatio. contractuum, numer. 108. vers. quinta conclusio. facit conclusionem, quod ad detegendum f contractum feneratoritium, non sufficiunt duæ præsumptiones. Et hæc opinio fulcitur multis his rationibus, & argumentis secundum Cæpol. in d. trac. de simulatio. contractuum, num. 102.

Primò ea ratione, quod contractus f præsumi, & iudicari debet, qualem eius prima facies ostendit. cū precibus. C. de prob. l. si tantum. ff. ad S. C. Maced. & tradunt Dec. in l. vlt. num. 14. C. de edi. Diui Adr. toll. & ibid. Zachar. num. 81. & in specie Bald. in c. 1. in princ. de feudo dato in vicem legis commissio. Abbas in consil. 25. in fin. & in consil. 49. col. 2. lib. 1. & Alex. in consil. 3. col. 2. lib. 1. quos secutus est Crauet. in consil. 20. num. 1. & Decian. in consil. 2. num. 61. lib. 1. qui multis comprobant. Atqui prima ipsa facies huius contractus, non ostendit esse feneratoritium. Ergo talis præsumi nõ debet, arg. d. c. illo vos, iuncta gl. in verbo, ex forma, & c. in ciuitate. in verbo, ex forma, de vsuris. Ceterum facile responderi potest, qd etsi prima ipsa facies scripturæ contractus, non ostendit, contractum esse vsurarium, attamen probata ipsa læsione, & adiecto pacto de reuendendo, colligitur coniectura iure probata, & recepta contractum esse feneratoritium. Illud enim satis expressum f dicitur, quod colligitur ex coniecturis a lege probatis, sicuti diximus sup. lib. 1. q. 45.

Secundo motus est Cæpolla, quòd in dubio stãdum est f instrumentò, nec in dubio præsumitur simulatus, & vsurarius. l. cum precibus. C. de proba. & late sup. in princ. huius præsumptionis diximus. Atqui hoc in instrumentò, & contractu, nullum est factum verbum, quòd sit vsurarius. Ergo & c. Respondetur vt sup. Et contractus præsumitur legitimus, & non simulatus, nisi coniecturæ contrariæ existant.

Tertio suffragatur secundum Cæpollam, qd contractus f dici non debet illicitus, & a lege reprobatas, nisi manifestè appareat. l. prævaricationis. §. vlt. sup. de præuaric. c. vlt. 31. q. vlt. c. præterea. 23. dist. & in c. quid autem 30. q. 4. Atqui nulla lege reperitur cautum, qd si in contractu adest læsio, & pactum de reuendendo, dici debeat vsurarius. Ergo talis non est iudicandum. Hoc argumentum est satis solidum, cum pactum ipsum de reuendendo sit sui natura permissum, vt diximus supra. Nec ipsa tenuitas pretij f arguit contractum feneratoritium, cum lex concedat aliud remedium, nempe ipsius contractus rescissionem. l. 2. C. de rescin. ved. vt diximus sup. Quod intelligo, nisi pretiũ esset admodum tenue, vt dicemus infr. in 3. opin.

Quarto sic argumentatur Cæpolla, iure canonico duo tantum sunt iura, quibus videtur probari, an & quòdo præsumatur contractus simulatus, in fraudem vsurarũ celebratus, videlicet d. c. illo vos, de pignor. & c. ad nostram, de empt. & vend. quibus fulcitur opinio Doctorum affirmantium duo hæc sufficere. Atqui duo illa iura (inquit Cæpol.) requirunt alias præsumptiones vltra illas duas. Ergo hæc duæ non sufficiunt. Respondetur, prædicta duo iura nil etiam hac pro opinione vrgere, vt statim dicemus.

Quinto arguit Cæpolla auctoritate glossæ in l. dolus. C. de rescin. vend. quæ dixit, quòd sola f paruitas pretij, non sufficit ad præsumendum dolus, sed coniuñctã cum alijs sic. vt leg. cum ij. §. modus. ff. de transactio. atque ita loquitur in plurali, dum dicit cum alijs, & scilicet duæ aliæ præsumptiones requiruntur. arg. l. vbi numerus. ff. de testibus, & cõfert text. l. instrumenta in glossa.